

*ationum
spec.*

Q. D. B. V.

DE

IEHOVAH
IACOBI IN PATRIAM REVERTENTIS
DEO VIALI

AD

GEN. XXXL 3

DISSERTATIO EPISTOLICA,

QVA

VIRO PLVRIMVM REVERENDO, PRAECLARISSIMO,
DOCTISSIMO QVE,

ERNESTO LEOPOLDO
FRIDERICO BEHMIO,

PASTORI HVCVSQVE IN HOLSATIA HANSVHNensi
OPTIME MERITO,

AD CAPESSENDA

PASTORIS APVD BRVNSVICENSES
CATHARINIANI

MVNIA

IN PATRIAM REDEVNTI
EVNDEM IEHOVAM
COMITEM ET DEVUM VIALEM


CANDIDE EXOPTAT

IO. HENR. A SEELEN,
SS. TH. LIC. ET GYMN. LVBEC. RECT.

xx.

LVBECAE.

TYPIS IO. NIC. GREENII, MAGN. SEN, TYPOGR.
A. MDCCXXXIV.





Magno quidem afficiebar gaudio, cum
 ante octo annos perciperem, Te, VIR VE-
 NERANDE, opinione citius Sacerdotio
Hansühnenfi fuisse praeditum: ast maior
 tamen mentem meam perfundebat lae-
 titia, cum nuper de maioribus honori-
 bus Tibi merito decretis certior fierem. Capiebam enim animo
 non mediocrem, sed ingentem voluptatem, cum ex certis cognoscere
 em indicis, *Brunswicensis* Te elegisse Pastorem eo, quod vehe-
 menter collaudandum, consilio, vt Numini consecratum gregem
 Catharinianum saluberrimo animarum pabulo in posterum pascas,
 et ad supremum tandem Pastorem, qui est Salvator optimus maxi-
 mus, ad Agnum, beatas oves in campus coelestibus iucundissime
 pascentem, perducas. Relinquis ergo Cimbriam, quam per aliquot
 annos ornasti. Ornasti, inquam, munere sacro religiose gesto.
 Ornasti eruditione, quam non vno specimine publico, dum vixisti
 in Holsatia, luculenter comprobata dediti. Ornasti rebus aliis,
 quas singulas recenserem, nisi ipsa, qua polles, modestia me tacere
 iuberet. Neque tamen abis ex oris nostris sine nutu ac voluntate
 divina, quae ex commutato rerum Tuarum statu clarissime appa-
 ret. Hanc cum Te magis trahere videam, quam patriae dulcedinem,
 siquidem plus vice simplici ex Te audivi, quod, si Numini
 ita visum fuerit, in Cimbria vivere, in eadem quoque mori velles;
 in ea totus etiam acquiesco, et si Amicum, quem in Te habeo opti-
 mum integrimumque, proprius admotum, quam longius remotum
 cupivissem. I proinde fausto pede! Redi in patriam comite eodem,
 qui sancto etiam Pastori, IACOBO, patriam sepelere iussò, se

A 3

Deum

Deum Viam est pollicitus! Nofti, VIR DOCTISSIME, quae hanc in sententiam divinus MOSES literis sic consignavit (1):
וַיֹּאמֶר יְהוָה אֲלֵיכֶם שׁוּב אֶל־אֶרְצֵךְ אֶבְיוֹתֶךְ וְלִמְלֹאת חֵמֶר וְאֶרְדָּחָה עַמְּךָ. i. e. Et dixit Iehovah ad Iacobum: Revertere ad terram patrum tuorum, & ad cognationem tuam; & ero tecum. Quorum verborum eam puto esse praestantiam, vt hac occasione paulo vberius considerari mereantur, quod quin pace Tua fieri queat, plane nullus dubito.

Directa sunt laudata verba, ipsa litera teste, ad IACOBVM, qui peregrinans etiam singulare fuit & demirandum divinae prouidentiae, coelestisque benevolentiae, in vere pios & ab omni, quod sanctissimo Numini displacebat, abhorrentes navatae, exemplum. Exierat ille, minis ESAVI perterritus, e patria, profectusque erat in Mesopotamiam ad LABANEM, penes quem viginti annos commoratus, ad suos redire divina voce iubebatur, extra patriam largiter ditatus multisque beneficiis affectus. Quemadmodum vero hic redditus divina nitebatur promissione (2): **חַשְׁבָּתוּן אֶל־חָרְמָה חֲנִיתָן, reductam te ad terram hanc;** ita duas potissimum huius difcessus causas recte observavit vir incomparabilis, MARTINVS LVTHERVS (3), querelas scilicet ac calumnias filiorum Laban, & faciem saceri mutatam. Ab his malis liberare IACOBVM volebat Dominus, idcirco ei praecipiebat, vt in patriam remigret.

Quoniam vero intensissimo IACOBVM amore complectebatur, minime volebat, vt solus proficeretur, sed ipse comitem se ei hac promissione: **וְאֶרְדוּן עַמְּךָ, et ero tecum,** offerebat. Quae verba sunt valde emphatica, siquidem comprehendunt omnia, quae hominibus possunt esse salutaria, summanque iiii afferre utilitatem. Ipse IACOBVS idcirco per bene facere exponit, hac ratione DEVM alloquens (*): **וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים שׁוּב לְאֶרְצֵךְ וְלִמְלֹאת חֵמֶר וְאֶרְדָּחָה עַמְּךָ**; IEHOVAH, qui dixisti mihi: Revertere in terram tuam & ad cognationem tuam, & bene faciam tibi. Praestitit hoc IACOBO iter facienti multis modis, quod historiam

pro-

(1) Genef. XXXI, 3,
in Genef. f. 466. a.

(2) Gen. XXVIII. 15.

(3) Commentar.
(*) Gen. XXXII, 12.

profectionis huius legenti minime potest esse obscurum. Fecit istud generatim, dum fortunavit totum iter, inque eodem gratia sua IACOBVM amplissime exornavit. Cum enim divinis auspiciis esset suscepimus, divino etiam favore feliciter fuit ad finem perductum. Fecit speciatim variis benevolentiae documentis, quae pro summis beneficiis summo iure habenda. Sic datum de ipso tuerendo promissum (4): **וְהִנֵּה אֶנְכֶּה עַמְךָ וְשָׁמְרֹתְךָ בְּכָל אֲשֶׁר תָּלַךְ**, et ecce! Ego tecum, & custodiam te in omni, quo abieris (quod promissum more suo, i. e. peregregie declarat LVTHERVUS (5): O optandum & fortē comitem! Ego non solum tecum vadam, ut te dēducam, sed ero murus tuus, protector tuus, pugnabo pro te, qui sum futurus filius tuus ex semine tuo, per quem omnes familiae terrae benedicentur. Tecum ero, protegam & tuebor te) abundantissime implevit. Tuitus enim est adversus LABANEM, qui insequens generum, haud dubie pro virili cundem affixisset, & gravi ipsum censura vexasset, nisi divino mandato, vt ab omni iniuria & inhumanitate absclinebet, ei fuisse severe iniunctum. Tuitus quoque est adversus ESAVVM, cuius ira & indignatione commovebatur adeo, vt ingentem animo conceptum timorem non posset celare, sed disertis potius verbis proficeretur. Angelos porro eum comitari voluit: benedixit ei: fidem eius probavit, probatamque adauxit: mentem confirmavit; divino eum aspectu dignum habuit: animae ipsius consuluit & prospexit adeo, vt salvam eandem lactifimus pronuntiarit. En! magna beneficia spiritualia, IACOBO in itinere exhibita. Neque defuerunt corporalia, quibus abunde quoque se vidit instrūctum. Praeter memoratam enim adversus infenos ipsi homines defensionem, iis gavisus est bonis, quibus se ac totam familiam satis potuit superque nutrire. Stetit itaque DEVS promissio: **תְּדוּ אִמְשָׁבֵחַ, bene faciam tibi**, et ita cum IACOBO fuit in itinere, vt eius praesentia summam & animae & corporis prosperitatem involverit. Eadem felicitate gavisus est MOSES, cum arduum instaret iter, quo populus DEI ex AEgypto per ipsum erat educendus. Dominus enim eum compellabat (6): **מַעֲזֵה תְּהִלֵּה, ero tecum.** Magnum scilicet est

A 3

(4) Gen. XXVIII. 15.

(5) I, c, fol. 429, a.

(6) Exod. III. 22.

est opus, & magni momenti iter, quod cum fine meo auxilio perficere ex voto nequeas, ero tecum, & iter hoc fortunabo ita, vt non habeas, cur de prospero eius successu dubites.

Vnde etiam formula: *Dominus tecum, Dominus vobiscum*, salutare olim solebant eos, quibus res suas bene ac feliciter evenire cuperbant. Hoc fine Angelus Domini GIDEONI apparet, & de reportanda a Midianitis victoria certiore eum reddens, inquit (7): *כִּי אָחָת עַמְל וְהִכְתָּא אֶתְמָרֵן כַּאֲשֶׁר אָדָם*, atqui ero tecum, ut percutias Midianitas, quasi virum unum. Simili modo spiritu DEI repletus vates, ASARIA, salutat ASAM, Regem Iudae, victoria potitum, eidemque subiectos, & tam commodum ex IEHOVAE praesentia, quam damnum ex ipsis absentia oriens, demonstrat, dum his utitur verbis (9): *שְׁמֻעוּ אָסָא וְכָלִיחוֹדָה וּבְנֵימָיו יְהוָה* וְ*עַמְקָם בְּרוֹתְכָם עַמְל אֶתְמָרֵן תְּרוּשָׂהוּ וְמִצְאָה לְכָם וְאֶתְמָרֵנוּ* ח. וְ*יַעֲשֵׂב אַרְכָּב* i. e. *Audite me, Asa, וְאָמֵן Iuda וְBENIAMIN:* *Dominus vobiscum*, quia vos esitis cum ipso; וְsi quaeferitis ipsum, invenietur a vobis, וְsi deserueritis ipsum, deseret vos. BOAS quoque messorum laboribus prosperrimum apprecaturus successum, eos alloquitur: *וְזֹהַח עַמְכָם*, *Dominus vobiscum*; hi vero respondent (10): *וְיָבוֹךְ יְהוָה, benedicat tibi Dominus*, adeoque praesentiam Domini ipsius optatam per divinam benedictionem declarant. Hac eminentiori gradu fruitam, & idcirco emphatice dictam *κεχαρτωμένην* Salvatoris matrem, MARIAM, alloquitur etiam divinus nuntius, GABRIEL (11): *Ο κύριος μετὰ σὲ, Dominus tecum*. Quid? quod ipse Salvator sanctos legatos de gratia sua, auxilio ad exequendum arduum munus necessario, prosperrimoque rerum successu certiores redditurus, cuncta exprimit promissione, qua cum iis nullo non tempore

(7) Iud. VI. 12.

(8) v. 16.

(9) 2. Chron. XV. 2.

(10) Ruth. II. 4.

(11) Luc. I. 28.

tempore se futurum esse, pollicetur. Ιδε, ait (12), ΕΓΩ
ΜΕΤ' ΤΙΜΩΝ ΕΙΜΙ μίστης τῆς ἡμέρας, ἐώς τῆς συνίστασης τοῦ
diēs, Ecce! EGO VOBISCVM SVM omnibus diebus, usque ad
consummationem saeculi.

Haec itaque formula cum incomparabilem divinae gratiae
thesaurum complectatur, deinceps in Ecclesia sacro solennique
ritu fuit adhibita, & Sacerdotes eadem concessionem salutarunt.
Mos iste vti hodieque obtinet, ita non adeo videtur certum,
quo tempore primum coepit. Eleganter tamen coniicit Vir
fumme rev. D. ANDR. RITTERVS (13), Praepositus hodie in
Rugia Bergensis optime meritus, quod ad illud saltem tem-
pus, quo alternis vicibus canendi mos introductus, initium
vſus eiusdem sit referendum. Cui sententiac favet Antiphona,
hodieque vſitata: Et cum ſpiritu tuo, quam e Paulinis ver-
bis (14): Ο Κύριε Ἰησοῦς χειρός μετὰ τῶν πνεύματος σου,
Dominus Iesu Christus cum ſpiritu tuo (ſit), effe defumtam, qui
arbitrantur, a vero non videntur aberrare. Vſum huius for-
mulae iam fuisse tempore IO. CHRYSOSTOMI, haec eius
verba (15) demonstrant: Επινόχεται ὁ Ἱερεὺς τῷ λαῷ, επινόχε-
ται δὲ καὶ ὁ λαὸς τῷ Ἱερῷ, τῷ γάρ, META TΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ
ΣΩΤ, ἀλλὰ ἔστιν, i. e. Vota fundit sacerdos pro populo, popu-
lus pro sacerdote. Formula enim: CVM SPIRITU TVO, nihil
aliud indicat. Idem RITTERVS sensum formulae: Dominus vo-
biscum, egregie docet (16), ostenditque, quod minister sacer-
dem voeat, vt Dominus adſit impiis gratia praeveniente: fit
cum vividis Ecclesiae membris in opere iuſtificationis: in reno-
vatione: in omnibus ipsorum incepitis, in omnibus viis, quocunque
tempore: fit in vita, fit in morte, vt nulla non in cauſa largiſſimis
divinae & providentiae & gratiae documentis beentur; imo, quod
in

(12) Matth. XXVIII. 20.
(13) Diff. Historico-Theol. de Sacerdo-
tum ſalutandi Formula: DOMINVS VOBISCVM, praefide D. IO.
FRID. MAYERO Gryphisw. 1705. hab.

(15) Homil. XVIII ad II. Corinth. p. m. 873.

(13) Diff. Historico-Theol. de Sacerdo-
tum ſalutandi Formula: DOMINVS VOBISCVM, praefide D. IO.
FRID. MAYERO Gryphisw. 1705. hab.

(14) 2. Tim. IV. 22.

(16) 1. c. §. 8, 9.

in primis hac formula innui, recte statuit, cum fidelibus per unionem mysticam coniungatur. Sed isthaec fuisst non persequor, cum, praeter laudatum RITTERVM, diligenter admonendum in hoc argumeto versatum, viri antiquitatum ecclesiasticarum peritisimi, IO. ANDR. SCHMIDIVS (17), CASP. CALVOERIVS (18), GVL. DVRANDVS (19), IO. BONA (20), DOMINIC, atque CAROL. MACRI (21), IO. STEPH. DURANTVS (22), cuncta, quae de hac formula commemorari possunt, in medium attulerint. Redeo potius ad IACOBVM, quocum se fore, dum pollicitus est Dominus, cuncta is beneficia his verbis comprehensa ad se vidit derivata, & in itinere potissimum nactus est Deum Viam, quo meliorem non potuisse exoptare.

Hic itaque Deus Vialis praeferendus omnino est cunctis Numinibus Vialibus, quae gentes, pro caccitate sua, magno numero effinxerunt. Vtinam ab hac superstitione semper fuisse immunis ipse DEI populus, nec vnuquam eadem foedissime se contaminasset! Vtinam intempestivo & impio eius petito: *עַשׂ חֶלְמָנוּ אֶלְחֹתָם אֲשֶׁר יְלַכֵּן לִפְנֵינוּ*, fac nobis Deos, qui eant ante nos, nunquam annuisset AARON, Vitulum Aureum non conflasset, neque populus de eodem dixisset (23): *אֱלֹהֵי אֶלְחֹתָם אֲשֶׁר הָעַלְוָן מִזְבְּחָתֵינוּ*, hi Dii tui, Israel, qui ascendere fecerunt te e terra AEgypti, multo minus in exstructo ab AARONE altari sacrificia ficto Numini Viali obtulisset! Sed hic turpiter se dedit AARON, turpiter se dederunt Israëlitae, quorum impia superstitione neutiquam potest excusari, quicquid etiam, Iudeos nonnullos fecutus, tentaverit FRANC. MONCAEIVS, cuius sic dictus Aaron purgatus a paralogismis minime dici

(17) Diff. de Insigniorib. Veter. Christianor. Formul. p. 12. sq. Add. eiusdem, Lexic. Ecclef. p. 232.

(18) Ritual. Ecc. P. I. pag. 468. sqq.

(19) Rational. Divinor. Officior. L. IV. c. 14. p. 110. sqq.

(20) Rer. Liturg. L. II. c. 5. p. m. 497. sqq.

(21) Hierolex. p. m. 230. sqq.

(22) De Ritib. Ecc. Cathol. L. II. c. 15. p. m. 455. sqq.

(23) Exod. XXXII. 1. 4.

dici poterit purgatus. Vitulus itaque Aureus pro imaginario Numine Viali non inepte habetur. Cum hoc comparandi sunt Vituli Aurei, quos IEROBEAMVS conficiendos curavit, cuius delictum eo gravius censendum, quo certius scire is poterat, quod conatus Aaroniticus D^EO vehementissime displicuerit. Hos vero Vitulos ad vana etiam Numina Vialia pertinere, tum IEROBEAMI ad populum verba: וְבָלָם מְלֹתָה וּרְשָׁלָם אֲשֶׁר שִׁירָאֵל מִצְרָיִם ad populum verba: הנֶּה אַלְחָדָר שִׁירָאֵל מִצְרָיִם Hierosolymam: ecce! Dii tu^r, Isra^{el}, qui ascendere fecerunt te e terra AEgypti; tum sequentia (24): וּלְכֹה חָמָס לְפָנֵי הַחָדָר עַד־, et iverunt populus ante unum usque ad Dan, luculenter evincunt. Hi, & plures, sine dubio hauserunt e corrupta & penitus depravata AEgyptiorum indeole, in quorum agris utⁱ infelix simulacrorum cultus lolium & steriles superstitionis avenae dominabantur, ita divites etiam Diis Vialibus illud fuisse deprehenduntur. Concludere illud licebit tum e divino testimonio de Isra^{el}itis idola AEgyptica non abiicientibus ac deserentibus (25); tum e verbis STEPHANI, diserte affirmantis, quod Deos Viales expertentes, AEgyptum sibi in memoriam revocarint. Εὐεργέτης, ait (26), ταῦς παρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον. Εἰσόθες τῷ Ἀρεών. πειθεὸν ἡμῖν Θεούς, οἱ προπεριστάντες ἡμῶν. i. e. Averfi sunt cordibus suis in AEgyptum. Dicentes Aaroni: Fac nobis Deos, qui praeceant nobis. Ab AEgyptis autem Numina Vialia putabantur OSIRIS, SERAPIS, IBIS, & ficta Numina alia, quod citandi mox scriptores, de Diis Vialibus data opera commentarii, sufficientibus testimoniois comprobarentur.

AEque stolidae (vt de Romanenibus nonnullis nihil dicam, qui, reperto in Hispania fragmento lapidis, in quo, abscessis reliquis, remanserant verba: *S. VIAR*, exponenda haud dubie: *praefectus VIARum*, putabant, se invenisse ignotum adhuc Sanctum, *VIARIVM* scilicet, cuius etiam solemnum inter Diuos cooptationem, quam Canonificationem appellant, a Papa efflagitare (27) non dubitarunt) aliae gentes a vera religione alienae in exco-

(31) I. Reg. XII. 28, 30.

(27) Leg; quae ex IO. MABILLO

TENTZELIUS Dial. Menstr.

25) Ezech. X

DNII Itiner. I.

1690, p. 363

XX. 8. (26) ACT. VII. 40. 41.

Ital. p. 148 refert WILHELM ERNST.

100, P-475 BOUND VOLUME 2011

gitandis eiusmodi Diis sunt versatae. Graecos & Romanos, fausta itinera expetituros, ad IOVEM, HERCVLEM, MERCVRIVM, APOLLINEM, NEPTVNVM, CASTOREM atque POLLVCEM, DIANAM, HECATEN, FORTVNAM, ad DEOS CABIROS, imo ad DEOS OMNES se convertisse, legimus. Priseorum Gallorum Deum Viamel fuisse MERCVRIVM, testis est IVL. CAESAR, his verbis (28): Deum maxime MERCVRIVM colunt. Huius sunt plurima simulacra: hunc omnium inventorem artium ferunt: hunc VIARVM ATQVE ITINERVM DVCEM, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam, arbitrantur. Quo in loco non satis congrue nominari MERCVRIVM, sunt, qui existimant, quod, viro celeberrimo, EVER. OTTONE, iudice (29), CAESAR, cum Numen aliquod ιηράριον, bonum faustumque iter praefans, a Gallis coli videret, facili lapsu ex fritu gentis suae Mercurium est interpretatus; quod tamen ex mente Gallorum Sol erat, & sub Beleni nomine in Aremorica provincia Galliae celebratur. Sed isthaec non disputo, neque plura de Diis Vialibus affero, cum, praeter laudatum OTTONEM (30), viri doctissimi, GOTLIB. SIGEFRID. BAYERVS (31) & CHRISTIAN. WEISIUS (32) tam copiose hoc argumentum pertractarint, vt vix ac ne vix quidem spicilegium post messem fuerit relictum. Mitto autem eo lubentius facta Numina Vialia, quo magis sufficit vnicus verus DEVIS, quem dum Viamel habuit IACOBVS, omnes reliquias facile potuit caecis & superstitionis gentibus relinquere.

His vti superior fuit suo Numine Viali IACOBVS, ita in vero cultu eidem praefito eas quoque omnino superavit. Vana enim, futile, nugatoria, anilia sunt omnia, quae de invocatis Numinibus Vialibus, de votis iisdem nuncupatis, de gratiis actis, de aliis religiosi cultus indicis, in profanis monumentis, e quibus laudati de Diis Vialibus scriptores ea excerpserunt, occurrunt. Vera autem, genuina, pia, sancta sunt, quae de

(28) Lib. VI de Bell. Gallic. c. 17.

(29) loc. citand. p. 56. (30) Dissert. de Diis Vialibus plerorumque Populorum. Hal. Magdeb. 1714. 8. (31) Diff. de Diis Vialibus Graecorum. Regiom. 1718. 4.

(32) Numin. Vial. duabus Dissertatt. exposit. Lips. 1724. & 1725. 4.

de cultu, quem DEO suo Viali exhibuit IACOBVS, in divino codice memoriae sunt prodita. De eo autem iter faciente primo legitur, quod in monte DEO sacrificium obtulerit (33): וַיַּעֲבֹד יְהוָה בְּכָרֶב וַיִּזְבְּחֵת יְאָכֵל וַיִּשְׁבַּח בְּכָרֶב. Deinde, quod ad vibem Sichen altare extinxerit idque Deo Israelis consecrari (34): וְקַרְבָּנָה שְׂמָךְ וַיַּקְרָב אֶל הַלְּבָן וַיַּשְׁרַטֵּל, (qui) Deus Israelis (est) (35). Porro, quod suos excitaverit ad altare in Bethel erigendum Numini, a quo exaudiatus, eiusque praesentia in via fruitus (36): וְקַרְבָּנָה וְגַעֲלָה בְּתַתְּלָה שְׂמָךְ לְאָלָה הַעֲנָה אֲתִי כִּיּוֹם אֶחָתִי. et surgamus, et ascendamus Bethel, ubi faciam altare Deo, respondentem mibi (LVATHERVS: der mich erbörigt hat) in die angustiae meae, et fuit mecum in via, quam confeci; ibidemque altare adornarit: וְיַעֲבֹד שֵׁם מִזְבֵּחַ, et aedicavit ibi altare. Tandem, quod, habitu cum Deo colloquio, monumentum lapideum fecerit, libaverit & oleo inunxerit (37): וְזַבְּחֵב מִזְבֵּחַ בָּמָקוֹם אֲשֶׁר־בָּרַךְ אֱלֹהִים וְיַסְךְ עַל־הַשְׁמָן, et erexit Iacobus statuam in loco, quo locutus cum eo erat, statuam lapidis; et libavit super ea libamen, fuditque super eam oleum. Qui cultus cum non fine fide fuerit praefatus, & caruerit omni superstitione, non autem candore ac sincero affectu, rectissime dicitur de IACOBO, quod DEVVM suum VIALEM legitimate sit veneratus, animoque agnoverit gratissimo beneficia, quibus ipsum largissime cumulavit.

Atque in hoc commemorabile exemplum Iacobum cum pueris, quibus est proficendum, inque Patriam divino nutu redendum, intueantur, & Tu etiam, FAVOR OPTIME, haud dubie documenta inde capias, nihil magis habeo in votis, quam ut Iacobem TIBI quoque obtingat felicitas. IEHOVAH, pro sanctissima sua voluntate, TE reducit in patriam, in regionem, in qua habes

(33) Gen. XXXI, 54. (34) XXXIII, 20. (35) Ita hunc locum SEB. SCHMIDIVS
transtulit, LVTHERVVS: Und richtete daselbst einen Altar zu, und rief an den
Namen des starcken Gottes Israël. LXX Interpretæ: Καὶ ἤσχεν ἐκεῖ. Θυτα-
μέλιον, καὶ ἐπικαλέσαν τῷ Θεῷ Ἰσραὴλ. (36) Gen. XXXV, 3. 7.
(37) v. 14.

(et vt habeas diutissime, candide exopto!) summe venerabilem PATERM, Virum, cuius merita, quibus dudum fuit conspicuus, maxima summis, quae laudatissime gessit, hodieque, grandaevis licet Senex, gerit, muneribus sacris exactissime respondent, cui delectationem et novis, iisdemque insignioribus, honoribus Tuis ad Ipsum redundantem ea, qua par est, reverentia gratulor: habes Cognatos honoratisimos amantisimosque, quibus non potest non esse pergratum, quod TV propius ad ipsos accedas, iisdemque in posterum Tua multo facilis & saepius, quam ob locorum intervalla per octo annorum, & quod excurrit, spatiū licuit, familiaritate frui, sit concessum. Cimbria quidem, quam praeclare condecorasti, & praesertim Hansühnium tuum, vnde non sine multa muneris sanctioris diligentissime optimeque administrati laude (quam non dubium est, quin in posterum Coetus quoque Sacer Catharinianus Brunsvicensis TIBI lubens sit imperturus) discedis, aegre TE dimittit. Sed divinam tamen animadvertis voluntatem, demississime ei obtemperandum esse, censet, cumque nulla re amplius Tuam fidem, dexteritatem, industriam remunerari queat, conatur saltem effundere pietatem, Teque abeuntem sincerorum votorum, omnem & animae & corporis prosperitatem complecentium, fieri compotem, acerrimo studio desiderat. Idem cum a me poscat amicitiae, fuso procul inter nos cultae, ius, sponte etiam effere annitor, quod partium mearum esse, intelligo. Quid vero salubrius TIBI possum optare, quam vt sit DOMINVS TECVM! Sit Tecum in itinere, quod, illo comite, felix esse oportet! Sit Tecum in officio, quod, illo praesente & secundante, non potest non esse fortunatum! Sit Tecum in domo, cui illius praesentia peroptata certissime afferet incolumitatem! Sit DOMINVS TECVM ubique ac omni tempore, divinaque vox, quam audivit IACOBVS: יְהוָה עָמֵד, bene faciam tibi, ad Te quoque pertineat, & in Te etiam impleatur, vt TIBI ac TVIS semper bene sit! Gentes finxit FORTVNAM REDVCEM, eandemq; proficiscentibus adiunctam cupivisse, notum est. Non curo si etum Numen. Tecum autem patriam repetituro esse cupio ipsum IEHOVAM REDVCEM, in que sancto Tuo munere, in omnibus negotiis, in cunctis viis, DEVVM VIALEM, Ita vale, AMICE SVAVISSIME, & veteris amici memor vive!




3d 1299



3

f

SB.





50

Q. D. B. V.
IEHOVAH
IACOBI IN PATRIAM REVERTENTIS
DEO VIALI
AD GEN. XXXL 3
DISSERTATIO EPISTOLICA,
QVA VIRO PLVRIMVM REVERENDO, PRAECLARISSIMO,
DOCTISSIMO QVE,
ERNESTO LEOPOLDO
FRIDERICO BEHMIO,
PASTORI HVCVSQUE IN HOLSATIA HANSVHNensi
OPTIME MERITO,
AD CAPESSENDA
PASTORIS APVD BRVNSVICENSES
CATHARINIANI
MVNIA
EVNDEM IEHOVAM
IN PATRIAM REDEVNTI
COMITEM ET DEVUM VIALEM
CANDIDE EXOPTAT
IO. HENR. A SEELEN,
SS. TH. LIC. ET GYMN. LVBECK. RECT.

LVBECAE.
TYPIS IO. NIC. GREENII, MAGN. SEN. TYPOGR.
A. MDCCXXXIV.